

BEACH



**Mutavit mentem
populus levis et
calet uno scribendi
studio; pueri pa-
tresque severi fron-
det comas vincit
cenant et carmina
dictant. Ipse ego,
qui nullos me adfir-
mo scriber versus.**

Hos ediscit et hos arto
stipata theatro spectat
Roma potens; habet hos
numeratque poetas

Si meliora dies, ut vina, poemata
reddit, scire velim, chartis pretium quo-
tus arroget annus. scriptor abhinc an-
nos centum qui decidit, inter perfectos
veteresque referri debet an inter vilis

atque novos? Excludat iurgia finis. "est
vetus atque probus, centum qui perficit
annos." Quid, qui deperit minor uno
mense vel anno, inter quos referendus
erit? Veteresne poetas, an quos et
praesens et postera respuat aetas?

"Iste quidem veteres inter ponetur
honeste, qui vel mense brevi vel toto
est iunior anno." Utor permissio, cau-
daeque pilos ut equinae paulatim vello
unum, demo etiam unum, dum cadat

elusus ratione ruentis acervi, qui redit
in fastos et virtutem aestimat annis mi-
raturque nihil nisi quod Libitina sacravit.

Ennius et sapines et fortis et alter
Homerus, ut critici dicunt, leviter curare
videtur, quo promissa cadant et somnia
Pythagorea. Naevius in manibus non
est et mentibus haeret paene recens?
Adeo sanctum est vetus omne poema.

**"Adeo Sanctum® est vetus
omne poema."**

ambigitur quotiens, uter utro sit prior,
aufert Pacuvius docti famam senis
Accius alti, dicitur Afrani toga con-
venisse Menandro, Plautus ad exem-
plar Siculi properare Epicharmi, vincere
Caecilius gravitate, Terentius. Hos
ediscit et hos arto stipata theatro spec-